

686/69

J. Medina

Sancti Iacobi, d. 21 decembris 1969

Em.mo Domino Cardinali
Francisco Seper,
Praesidi Commissionis Theologicae.
Romae.

Eminentissime Domine,

Litteras E. T. d. 4 novembris datas accepi
quibus rogabas me ut de schemate "Legis Ecclesiae fundamentalis" votum
proferrem.

Tempus mihi defuit ut accuratissime rem exa-
minarem, animadvertiones tamen aliquas annexas invenies, quae forsitan
alicuius utilitatis ab iis quibus competit iudicabuntur.

Celeritatis simul ac securitatis causa exem-
plar quoque mitto Em.mo Card. Pericli Felici, Praesidi Commissionis Ponti-
ficiae Codici iuris canonici recognoscendo.

Cuncta fausta Tibi ominatus occasione nata-
liti festi, Eminentiae Tuae addictissimum me profiteor,